

LECTIONES





AUTUMNALES ET HIBERNAS

PUBLICAS ÆQUE AC PRIVATAS

Ex Statutorum Præscripto

RECTOR

UNIVERSITATIS GIESSENÆ

LVCAS     

J. U. D. CONSIL. HASSIACUS,

& JUDICII AULICI QUOD

MARBURGIEST, ADSESSOR, UT ET

PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.

DEO vitam viresque animi & Corporis toti

SENATUI ACADEMICO

clementer conservante

GENEROSIS NOBILISSIMISQUE

ACADEMIÆ CIVIBUS

rite indicat atque commendat

Die XVI. Septembris Anno MDCCXIX.

SUB SIGILLO ACAD. MAJORI

GIESSÆ, Typis Viduæ Joh. Reinh. Vulpii, Acad. Typ.



IN FACULTATE THEOLOG.

JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,
 Consil. in Sacr. Suprem. Superint. & Theol. D. ac P. P. Primarius.

Perget *publicè* in enodandis Textibus difficilioribus N. T. methodo exegetica porismatica & homiletica, addita simul praxi concionandi singulis septimanis. *Privatim*, absoluto Collegio Anti-Tridentino, ad alium laborem, quem Auditores pro suo commodo desiderabunt, progredietur, simulque Consilia Theologica, iuxta seriem Articulorum fidei digesta, binis in hebdomada horis, suppeditabit.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,
 S. S. Theol. D. & Pr. Ord.

Divina favente gratia, *Publicè* ea præleget, quae ob præmaturum Dni Auditorum ante serias abitum de *Sacramentis Novi Testamenti & annexis aliis materiis* præterita ætate absolvere nequivit: *Privatim* *Lectiones Polemicas* continuabit, aut *nova* etiam, quæ à Dominis Auditoribus potissimum desiderabuntur, Collegia alia, sospitante DEO, auspicabitur.

CHRI-

CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARZEMANN

SS. Theol. Dr. ejus & Ordin. Prof.

A Benignissimi DEI DOMINIque sui Misericordia, sicut haecenus, ita proporro singulariter adjutus atque ductus, animo proponit in residuas Conclus. Apostolico-Paulinae Theol. tuae de Divina Mysteriosophia sive Sacramentis in genere nec non in specie, Pœnitentia, Iustificat. Bon. Oper. Elect. Reprobat. Novissimisque publ. prælegere, istam igitur absolvere; privatim autem exegeticum in succinct. Positivo Sacram Symbolicam Theolog. suam habere Discutum, hacce ratione, tertio die vel ut examinentur, aut pro Dnn. Audit. optione ventilentur ea, quæ iam antegresso biduo fuerunt explicata: Reliquis & desiderandis haud abesse.

IN FACULTATE JURIDICA,

BERNH. LUDOV. MOLLENBECIUS,

Consil. Hass. Darmst. Intim. Acad. Cancell. & Antecessor Prim.

Quod enixe petierunt Auditores Collegium *Juris Fœdalis* ad Syntagma Struvii, & *Juris Publici* ad Schvvederum denuo aperiet, nec minus in reliquis Studiosæ juventutis commoda juvante Deo promovebit.

MELCH. DETHMARS GROLMAN,

Jctus, Consil. Hass. Darmst. & Prof. Jur. Ord.

Publice pœnas delictis præfinitas explicabit. Privatim vero Colleg. Jur. Can. & Lauterb. continuabit, & prius propediem absolvet, novum quoque ad Institut. aut Struv. Syntagma Jur. Civ. pro re nata inchoaturus.

LUCAS SCHWARTZ / J. U. D.

Consil. & Judicii Aulici, quod Marb. est Adfessor, ut & P. P. O.

In quantum Rectoris, quos adhuc sustinet, labores concatenati in diesque se cumulantes permiserint, futuro semestri autumnali & hyberno DEO vitam viresque largiente saniora juris nostri civilis principia secundum ordinem Digestorum succincta methodo nobiliores maxime, ad singulos titulos controversias, ex iisdemque descendentes actiones fideliter explicando tractabit: Collegium quoque Institutionum Imperia-

lium

Hum. de novo aperiet, & examina, si Dominis Studiosis prout hactenus ita & in posterum commodum visum fuerit, non intermitteret, ceterum laborabit, ut eorundem cursum intra justum temporis spatium absolvat.

IMMANUEL WEBER / J. U. D.

Consil. Hassiac. & Jurium Professor P. Ordin.

Publicè perget in prælectione *Institutionum Justin.* in quibus Tit. de Nuptiis proximè elapso tempore fusè exposuit.

Privatim, nova ad *Institutiones & Pandectas* Collegia aperiet; *Lantersbachianum & Grotianum*, usque adhuc habita, continuaturus.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. D. ejusdemque Prof. Extraord.

Publicis *Lectioibus* hora octava brevi atque nervosa explicatione *Pandectas* secundum ordinem causarum interpretabitur, laboraturus ut semestri spatio eas absolvere queat. *Privatas Lectiones*, utilitati atque desiderio Dnorum auditorum formandas relinquet.

JOANNES GODOFREDUS MEIER,

J. U. D. Phil. Pract. Prof. Ord. Jur. Extraord.

Publicè Historiam Juris interpretabitur; *Privatim* Jus Publicum ad mentem illustr. Cocceji, ac Feudale ad ductum Illustr. Stryckii exposcet, Collegium quoque Institutionale ac Pandectarum aperiet.

IO. FRIDERICUS RANCKE /

J. U. D. & P. P. Extraord.

Publicè ad Tit. Pandectarum de *Verborum significationibus* commentabitur. *Privatis Lectioibus* Institutiones & Pandectas Juris Justiniani explicabit, aliaque etiam Collegia pro desiderio Dnorum Commilitonum promptissime offert.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hassio - Darmst. Primar.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

JUSTUS



JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,

Med. D. ejusdemque P. P. Ordinar. & Facultatis suae Senior

Publicationes suas publicas Hippocraticas, modo Auditores graves habuerit, proximo semestri brumali, Deo vitam & valetudinem illibatam elementissime conservante, sedulo continuabit. *Privatim* etiam, sive theoreticum sive practicum Dnn. Philatri Collegium expetiverint, eorum desiderio lamq; velificabitur.

D. MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Archiat. Hass. & Profess. Med. Ord.

PUBLICE in *Seidelium de morbis incurabilibus* commentabitur & ab hinc *Curam* illorum palliativam subjunget. **PRIVATIM** in gratiam Philatrorum, peregre sibi commendatorum, *Cursum Medicum*, iuxta *Medicina Nov-Antiqua* ductum, de novo auspicabitur.

D. JOH. CASIMIR, HERTIUS,

P. P. Ordinar.

Publicas horas anatomicis denuo laboribus impendet. *Privatim* vero Collegium Chirurgicum, si ita placuerit Dnn. Commilitonibus, aperiet.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

P. P. Extraordinarius.

Publice Materiam Medicam, ad ductum LUDOVICI, exponet. *Privatim*, absoluto jam Collegio Pathologico Therapentico ad vota Nobil. Dn. Dn. Commilitonum porro se accommodabit, sedulo facturus quod e re videbitur.

D. JO. THOMAS HENSING,

Med. P. P. Extraord.

Historiam Salium Chemicam-Medicam continuabit, & Deo volente, Lectionibus publicis Hyemalibus absolvet. *Privatim*, pro desiderio Dominorum Auditorum, Collegium Chemicum generale aperiet suumque studium omnium votis accommodabit.

IN

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Prof. Phil. Experim. Ord.

PUBLICE *Usum Antiarum & Siphonum* in rebus Anatomicis, Chirurgicis & Oeconomicis ob oculos ponet: PRIVATIM se desiderio Dnn. Auditorum accommodaturus.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. Doct. Prof. Civil. Ordin.

L*ectioibus publicis* praesentis seculi res gestas exponet, & qui illis continentur providentiae divinae ductus atque eventus eruet, & grata atque devota mente ad praecipua philosophiae civilis componet.

Privato Collegio ad jus publicum manuducet, & praecipua politices secundum aphorismos vel elementa prudentiae civilis interpretabitur.

IMMANUEL WEBER / D.

Historiar. Profess. P. Ord.

Continuationem *Der Teutsch-Europäischen Staats-Historie* à multis valde desideratam adornando, res sub Leopoldo sequentibusque Imperatoribus per Europam gestas cum Dnn. Auditoribus communicabit.

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

Eloqu. & Poël. Prof. Ord. Academ. Biblioth. Praefectus.

Publicis laboribus D. V. hora matutina VIII. die Lunae & Martis VOSSII *Partitiones Oratorias*, Iouis & Veneris OVIDII elegias enucleabit: insuper Bibliothecam solito more aperturus. Porro privatim tradet introductionem ad eloquentiam civilem latinam & germanicam hodiernam, & pro recepta a se methodo Collegium stili epistolicum & oratorium practicum instituet. Quin etiam Cl. STRVVII explicabit *Introductionem in notitiam rei literariae*, cuius tertia editio: Ienae prodiit anno MDCCX. eidemque non iterum typis exscriptae, quod conferentibus perspicuum est, novus vnice titulus, qui quartam editionem & annum MDGCXY. praese fert, est praefixus.

JOH.

IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Theol. D. & Mathem. Prof. Ordin.

Publice lectiones *Algebraicas* hora prima & *privatim* principia Mathematicos universæ continuabit : imo suam in *Historia Ecclesiastica* operam ex indultu venerabilis Ordinis Theologici præstabit, nec non *Geometricam Practicam & Geographicam* tam *generalem*, quam *specialem* resumet.

IO. HENR. MAIVS,

Antiquitatum & Linguae Graecae Orientaliumque
Prof. P. Ord.

Publice hora post meridiem III interpretabitur epigrammata Graeca, cum Himerio iunctim nuper edita, quorum enarrationem variae causae ad instans semestri spatium differre iusserunt. His absolutis, vel in Aeliani var. historiam, vel alium scriptorem, siue sacrum siue profanum, prout Dnn. Commilitonibus visum fuerit, commentabitur. *Privatim* vnum alterumue librum Ebraicum Vet. Test. curiosi lectione pertractabit, atque collegium simul Rabbinicum aperiet.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Phil. Natural. P. P. Ordinarius.

Publice doctrinam de Meteoris & Tempestatibus aeris explicabit. *Privatim* Collegium Physicum ad *Conspectum* suum *Phil. Natur.* denuo aperiet, nec ulla in parte deerit, ubi commoda studiosæ juventutis sibi promovere erit integrum.

D. JOANNES GODOFREDUS MEIER,

Phil. Pract. Prof. Ord.

In Scholis *Publicis* hora II Ethicam, in *Privatis*, Jus Naturæ ad *ductum Illustr. Pufendorffii* docebit.

D. JOH.

D. JOH. CONRADUS ARNOLDI,
 Logicæ & Metaphysicæ Prof. P. Ord.

IN Logica, Methodo Geometrica tradenda, quam secundum specimen, circa primam mentis Operationem ab Illustrissimo Autore F. E. C. A. H. propositum, æstivo semestri cœpit, publice perget, hora matutina IX. Privatas etiam Lectiones, cum Logicas, tum Metaphysicas, usui atque voto Dnn. Auditorum ita accommodabit, ut in primis profectus eorum Philo - Theosophici promoveantur, & disputandi exercitium, publice æque ac privatim, sedulo excolatur.

